

recusatus ab impetrante, & legitimâ repertâ causâ recusatōis, possit vti iure suo, vel nominatio alium iudicem de consensu partium, vel causam remittendo ad Superiorem, vt de ea cognoscat, iuxta superius dictâ à principio huius c. 5. quoniam mediante nullitate impetratiōis, res est integra, & redit ad suum priorem & primordiale statum, cum omnibus suis qualitatibus, iuxta quæ copiosè dictâ sunt hac 2. p. cap. 19. per totum.

Quibus itaque suppositis constanter affirmandum erit; ꝛ commissionem impetratam à Sede Apostolica ob recusatōnem Ordinarij (quæ nec opposita fuit, nec legitimè probata, nec præcelsit ipsam commissionem) esse nullam ipso iure in prima instantia, siue subscripta sit propria manu Sanctissimi, siue non: quia cum tota fundetur super non ente, tota nulla est ipso iure, quod abundè fundatur infra hac 2. part. cap. 12. à num. 45. cum multis seqq. cum nempe ex alio capite nulla fuerit etiam de iure communiti tanquam impetrata super non ente ex hæcenis comprobatis: quia subscriptio non sanat cæteras nullitates, aliunde ex iuris dispositione provenientes & causatas, quia Concil. Trident. aliis requisitis de iure communi ad expeditionem commissionis hoc subscriptionis amplius addit, & ad augmentum inducitur non debent diminutionem operare, l. si à milite, §. 1. de milit. refl. l. si Rufinus. C. eodem, l. legata inutiliter, de legat. l. cum tate, de condit. & demonstrat. l. si mancipia. in princ. ff. de fund. instrum. de quo plura exemplaria possimus reddere, vt de scriptura solemniter cum Tabellione, & testibus requisita, si tamen fiat à minore, vel pupillo sine curatore, & tutore, quid prodest solemnitas? Vel de conuercio quid proderit presentia & solemnitas Curatoris, si deficiat aliquis testis Scripturæ: & sic de similibus, de quibus abundè in commentarijs de Regia protest. 3. part. c. 9. à num. 196. cum multis seqq. Ac per consequens prima Ordinarij instantia erit intacta, & illæsa, ex Concil. Trident. illam præseruante, veritatèque recessum ab Ordinario ante recusatōnem; ex quo sequitur, quod si index delegatus nihilominus insistat in commissionis vsu & exercitio, aditus Senatus per viam violentiæ, commissione retenta, Ordinario remittet causam, vt coram illo tractetur, & discutatur.

Illud tandem in hoc erit articulo adnotandum, ꝛ quod post factam à Senatu remissionem causæ in prima instantia ad Ordinarium (eo quod minus legitimè fuisset auocata) licitè poterit ipse impetrans comparere coram eo ante omnia illum recusare: & legitimè probata recusatōne, per arbitros declaratum suspectum, nouam aliam de nouo commissionem impetrare etiam non subscriptam, vt alius index delegatus liberè, & absque obstaculo Concilij Trident. queat de causâ cognoscere in prima instantia, quod indubitabile est: nec erit inutile simul adhiberi cautelam ab eo, qui virtute remissionis Senatus comparet coram Ordinario, nempe protestando ex eo non consentire in eius iurisdictionem; & saluo iure suo dicendi, & excipiendi contra eam, aut personam Iudicis Ordinarij.

Et denique quæ diximus de præcisâ ostensione recusatōis in Senatu ꝛ ad euitandam

causâ remissionem ad Ordinarium tunc merito cessabunt, quando in ipis litteris auocatorijs expressè narratur, & affirmatur recusatōem fuisse Ordinarij, & de eius recusatōne factâ ostendisse Oratorem impetrantem per authenticum testimonium, vel aliter affirmetur per narrationem, & assertionem Papæ in eisdem litteris suis Apostolicis de recusatōne factâ legitimè constituisse, quia tunc indubiè hæc assertioni Papæ, quæ non refertur ad narrationem impetrantis, putâ quando dicit, vt asseritur, vt asserit, &c. Standum erit in Senatu. Nisi manifestè doceatur de falsitate narrantis impetrantis commissionem hanc in prima instantia, & ad facilis obtinendam illam, vteretur calliditate ad decipiendum Papam, aliter atque proprie Papæ assertioni standum erit, ad latè tradita infra hac 2. p. c. 30. §. 2. à num. 52. cum multis seqq. vbi etiam diximus hanc fidem non dandam assertioni Iudicis, vel Notarij, pro vbiidem latius de re hæc, & aliis similibus per te discernete poteris.

Sed quid erit dicendum, quando facta iam declaratione per arbitros, ꝛ causam recusatōis Ordinarij esse legitimam, & actor ob id impetrat à Sede Apostolica commissionem non subscriptam (quæ subscriptione tunc non indiget) & antequam vsus fuerit dictâ commissione, Ordinarius recusatōis cedat, vel decedat, an eius successore recuperabit iurisdictionem, cum in eo esset causa recusatōis, & res adhuc sit integra, ita vt ad eandem successorem sic faciendâ causæ per Senatum remissio: latissimè discipatur, & resoluitur infra hac 2. p. c. 19. per totum.

§. SECVNDVS.

An per appellationem ante diffinitiuam ab aliquo grauamine, etiam extraiudiciali appellabilis possit ad Ordinarium recedere in prima instantia?

SVMMARIVM.

Archiepiscopi in causis suorum suffraganeorum nequeunt se intromittere, nisi sint legitimè per appellationem ad eos deuoluti, num. 1.

Idem in Legatis de latere, & Nuntijs Apostolicis, num. 2.

Appellatio non debet recipi per superiorem in prima instantia, nisi à diffinitiuâ, vel diffinitiuâ vim habentibus, &c. Nec expediti inhibitionem, n. 3.

Declaratio amplissima, & singularis S. Congregationis referri circa competentiâ Ordinarij, & Superioris in admittendis appellationibus in prima instantia, à num. 4.

Lex nona idem disponens quod ius commune, recipit omnes easdem declarationes, ampliationes, & limitationes quas ius commune, n. 5.

Nuntij, nec Archiepiscopi possunt cognoscere de causis pendentibus coram Ordinarijs, quibuslibet inferioribus, nec auocare nisi per viam legitimæ appellationis, num. 5.

Extimere appellatōnem nequit Superior ab inferioris iurisdictione quoad alias causas, num. 6.

Graumam quando dicatur habere vim diffinitiuam, damnum irreparabile, vel præiudiciali causæ principalis latè remissivè, num. 7.

Superior ad quem quando tenetur remittere iterum causam Ordinarij, num. 8.

Index

index appellationis, an possit committere causam cum clausula vna cum tota causâ principali) sicut nona dispositio Trident. n. 9. remissivè.

Ab actu extraiudiciali gesto per Ordinarium, an per viam appellationis licitè recedatur ab eo in prima instantia, num. 10.

Vbi celebres referuntur declarationes S. Congregationis affirmatiuæ & resolutiuæ.

A collatione per appellationem, aliove grauamine extraiudiciali euasit prima Ordinarij instantia, num. 11.

De natura, effectibus, & processu, seu appellatione ab actibus extraiudicialibus, & qualiter fiant iudiciales, amissa prima natura latè remissivè, num. 12.



ARCHIEPISCOPI, & alij superiores Prelati nequeunt se intromittere ꝛ in causis subditorum suorum instiganeorum, quia non sunt Ordinarij ipsorum, nec iurisdictionem in illos exercent, nisi in causis ad ipsos deuolutis per appellationem legitimam, & à legitimo grauamine, tunc enim possunt licitè in eis procedere non alias, & an aliquibus casibus specialibus, iuxta text. in cap. personalis, in princ. & ibi communiter Doctores, de Officio Ordinarij, & probant Spino de testament. gloss. 15. num. 34. & 40. Segura in suo directo iudicium Ecclesiast. 2. p. cap. 15. num. 5. Patet Ledesma de matrim. quest. 45. artic. 5. puncto 3. paulo ante dub. 4. Manuel Rodriguez in summa 1. tom. in 2. edit. cap. 219. num. 16. Thomas Sanchez de matrimon. lib. 3. disp. 28. num. 3. & in terminis huius decreti 20. sess. 24. Reformation. Concil. Trident. decilum refert Aloysius Riccius in decis. Curia Archiepiscopali Neapol. decis. 196. num. 5. part. 4. Barbosa in Pastoral. tom. 2. alleg. 81. sub num. 2. Pafsequus in praxi Episcopali, 2. part. cap. 4. n. 1. & seqq. ꝛ vbi loquitur etiam de Legatis à latere, & Nuntijs Apostolicis.

Et indiuidualiter probat Decretum Trident. in dict. cap. 20. ibi: Nec appellationes ꝛ ab eisdem interpositæ per superiores, quoscumque recipiantur, eorumve commissio, aut inhibitiō fiat, nisi à diffinitiuâ, vel à diffinitiuâ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiuâ reparari nequeat, &c.

Et est optima declaratio Sanctæ Congregationis ad declarationem eiusdem Decreti, ꝛ quam Nos post alios ad litteram retulimus, de Regia protest. 2. part. cap. 1. à num. 247. quæ à principio sic ait.

Ad tollendas ambiguitates, quæ inter appellationis, & prioris instantiæ iudices non sine partium dispendio, iustitiæ impedimento, & sæpè eua scandalo oriuntur. Sancta Congregatio cum Episcoporum proposito factâ prius relatione Sancti. D. N. Clement. VII. ac de Sanctitatis sue mandato, vna vocis Oraculo desuper habito in hunc, qui sequitur modum; ab omnibus, ad quos spectat in postmodum fieri, ac feruari debere, mandauit, & mandat: Metropolitanis, Archiepiscopis, ꝛ Primates, Patriarchæ suffraganeos, eorūque subditos non iudicent, nisi in casibus à iure expressis, item nec ab superiores etiam Nuntij, vel Legati de Latere specificam facultatem maiorem non habentes, causis in Curia Ordinarij, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes ad se aduocem, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum Tribunalia

deserantur, tunc appellantes ab inferiorum iurisdictionibus, ꝛ quoad alias causas extimere non possunt, &c.

Et in dictâ declaratione latè profequitur, quando dicatur legitima appellatio, ꝛ nempe emissa à grauamine habente vim diffinitiuam, vel continentem damnum irreparabile per diffinitiuam, vel grauamine præiudiciali causæ principali: vbi aliqua redduntur exempla, & dantur aliæ formæ admittendæ huiusmodi appellationis per superiores prædictos; sed quia de singulis latissimè tractauimus multa scita dignissima ad latiore explicationem, seu potius exemplificationem prædicti Decreti 20. Concil. Trident. in tract. de Reg. protest. 2. p. c. 1. per totum, hic omitto, contentus te ad illud remittere.

Et in eadem 2. p. c. 17. per totum, & signanter n. 7. & 8. tractauimus, quando ꝛ superior ad quem est appellatum ab Ordinario ante diffinitiuam; teneatur iterum ad hunc causam remittere stante dicto Decreto Trident. vbi duas declarationes S. Congregationis adduximus, nihil in hoc innovantes ius commune, distinguentes inter iustitiam, & iniustitiam appellationis, vt in primo casu possit superior causam penes se retinere principalem in prima instantia; in secundo autem quando iniustam appellationem, & non adesse grauamen declarauit, minime posse causam principalem retinere in prima instantia petente ad Ordinarium ex Decreto Trident. in dict. causa omnes, pro vt latius ibidem videre poteris, vbi articulus iste accurate examinatur; & Nos referens notissime sequitur Domini, Ioan. Baptistæ de la Rea in decis. Granatenf. Senatus disp. 6. n. 20. & Narbona in l. 39. tit. 4. lib. 2. Ricop. gloss. 1. n. 180. tom. 3. Et an possit committere prædictam appellationem ꝛ cum clausula vna cum toto negotio principali, videbis in d. c. 17. à num. 11. & seqq. ad quæ te remitto, quibus vsque ad refectionem repeties omnia quæ hic deficiunt.

Vnum tamen non omittam indagare, an quando Ordinarius in aliquo negotio ꝛ processit extraiudicialiter, à cuius grauamine sic extraiudicialiter illato poterit ad Superiorem appellari, ita vt amplius in forma iudicij, & in prima instantia iudiciali Superior, & non ipse cognoscat, ita vt ex actu extraiudiciali factis factum dicatur dispositioni Trident. alias præseruantis primam instantiam omnium causarum Ordinarij: quam difficultatem, quia absolutum reperio per sanctam Congregationem Concilij; videris non disputabo, quæ in hæc ait: An Decretum Concilij sess. 24. c. 20. in principio, locum habeat, quando Ordinarius, extraiudicialiter procedendo, grauat partes, ad id vt liceat partibus à tali actu extraiudiciali ad alios superiores iudices appellare, seu reclamare, quatenus ius id permittat; sed omnino causam grauaminis in prima instantia coram eodem Ordinario cognosci debeat? Congregatio censuit, hoc casu non habere locum Decretum Concilij; & ibidem iterum: Cum Vicarius Coimbrænsis deputasset quemdam Beneficiarium Ecclesiæ Sancti Jacobi in illius Parochiam, Beneficiarij, ab irreparabile damnum, & præiudicium appellauerunt, & cum de causâ committenda ageretur, oppositum fuit: quod causâ deputatiōis coram Ordinario eodem tractari deberet, Beneficiarij vero respondentibus, Decretum, c. 20. non habere locum, vbi Ordinarius extraiudicialiter procedendo grauat partem, res delata est ad Congregationem Concilij.

Curia iurisdictionis in prima instantia sublati est hodie per Trid. num. 9. In executione percipi etiam dicitur prima instantia Ordinarij, num. 10. Ratione contractus quando, & in quibus casibus fortitur quis forum, & de tota absoluta materia remissus, num. 11. Forum alienum qui fortitur ratione delicti, & iudex loci, ubi perpetratur, est competens in prima instantia, num. 12. Senatus non remittit causam delinquentis alibi suo Ordinario cum non percipiatur Tridentin. dispensatio, nec eius prima instantia, ibidem. Ratione rei sita fortitur quis forum, n. 13. Clericus Conventus ratione beneficij residentiam non requirentis apud Iudicem loci beneficij fortitur forum, num. 14. Clericus domicilium habere dicitur in loco beneficij residentiam requirentis, num. 15. Ratione rei sita quis fortitur forum, si ibi reperitur, num. 16. In omni foro prater forum domicilij requiritur praesentia rei, num. 17. Forum ratione rei sita non est fortitur foro contractus, ibidem. Absens à loco rei sitae citatus ad litteras requisitorias non comparet pariter primum Decretum, ex quo actor mittitur in possessionem rei sitae, num. 18. Curator potest dari absentem per iudicem rei sitae ad effectum discernendi primum Decretum, n. 19. Non ad diffinitivum pronuntiandum super iure principali absentis, num. 20. Ad iudicem ratione rei sitae spectat curatorem dare liti coram se nota minori, sive iure, &c. n. 21. Curatorem liti dat iudex laicus Clerico minori litiganti coram se, num. 22. Et de conuerso iudex Ecclesiasticus dat curatorem liti minori laico coram se litiganti, ibid. Iudex, cui conditionaliter datur iurisdictionis, nullatenus procedit ante conditionis implementum, n. 23. Curatorem absentem dare potest iudex, qui ad causam habet iurisdictionem, num. 24. Absenti non subdito non potest dari curator à iudice rei sitae ibi non repperito, num. 25. Domini temporales ibi conueniuntur etiam absentes ubi suum habent statum, & caput maioratus, quia eius distinctus domicilium sunt, n. 26. Bona maioratus est in diuersis Regnis sita si maioratus peratur iudex est competens, ubi caput sit maioratus, num. 27. & seqq. Hereditatis bona si sint iudicis territorij, cognitio pertinet ad iudicem districti, quo maior est bonorum pars, num. 28. Bona existentia in diuersis Regnis, unita tamen ad unum corpus quoad iurisdictionem, attenditur Regnum ubi caput est, etsi maior pars bonorum in alio sit, num. 29. Si maioratus non habet caput, cui bona adhaereant, attenditur districtus eius Chancellerie, seu Regni, quo maior bonorum pars sita sit, n. 30. Vniuersi duobus beneficiis existentibus in diuersis Regnis, collatio vniuersae pertinet ad Episcopum in cuius Diocesi sit caput eorum, cui nempe aliud est unitum, num. 31. L. cum in diuersis, 44. ff. de Religios. & sumpt. funer. ponderatur, num. 32. Locus, ubi caput occisi reperitur, attenditur ad cognitionem delicti, n. 33. cum sequentibus.

Curia iurisdictionis in prima instantia sublati est hodie per Trid. num. 9. In executione percipi etiam dicitur prima instantia Ordinarij, num. 10. Ratione contractus quando, & in quibus casibus fortitur quis forum, & de tota absoluta materia remissus, num. 11. Forum alienum qui fortitur ratione delicti, & iudex loci, ubi perpetratur, est competens in prima instantia, num. 12. Senatus non remittit causam delinquentis alibi suo Ordinario cum non percipiatur Tridentin. dispensatio, nec eius prima instantia, ibidem. Ratione rei sita fortitur quis forum, n. 13. Clericus Conventus ratione beneficij residentiam non requirentis apud Iudicem loci beneficij fortitur forum, num. 14. Clericus domicilium habere dicitur in loco beneficij residentiam requirentis, num. 15. Ratione rei sita quis fortitur forum, si ibi reperitur, num. 16. In omni foro prater forum domicilij requiritur praesentia rei, num. 17. Forum ratione rei sita non est fortitur foro contractus, ibidem. Absens à loco rei sitae citatus ad litteras requisitorias non comparet pariter primum Decretum, ex quo actor mittitur in possessionem rei sitae, num. 18. Curator potest dari absentem per iudicem rei sitae ad effectum discernendi primum Decretum, n. 19. Non ad diffinitivum pronuntiandum super iure principali absentis, num. 20. Ad iudicem ratione rei sitae spectat curatorem dare liti coram se nota minori, sive iure, &c. n. 21. Curatorem liti dat iudex laicus Clerico minori litiganti coram se, num. 22. Et de conuerso iudex Ecclesiasticus dat curatorem liti minori laico coram se litiganti, ibid. Iudex, cui conditionaliter datur iurisdictionis, nullatenus procedit ante conditionis implementum, n. 23. Curatorem absentem dare potest iudex, qui ad causam habet iurisdictionem, num. 24. Absenti non subdito non potest dari curator à iudice rei sitae ibi non repperito, num. 25. Domini temporales ibi conueniuntur etiam absentes ubi suum habent statum, & caput maioratus, quia eius distinctus domicilium sunt, n. 26. Bona maioratus est in diuersis Regnis sita si maioratus peratur iudex est competens, ubi caput sit maioratus, num. 27. & seqq. Hereditatis bona si sint iudicis territorij, cognitio pertinet ad iudicem districti, quo maior est bonorum pars, num. 28. Bona existentia in diuersis Regnis, unita tamen ad unum corpus quoad iurisdictionem, attenditur Regnum ubi caput est, etsi maior pars bonorum in alio sit, num. 29. Si maioratus non habet caput, cui bona adhaereant, attenditur districtus eius Chancellerie, seu Regni, quo maior bonorum pars sita sit, n. 30. Vniuersi duobus beneficiis existentibus in diuersis Regnis, collatio vniuersae pertinet ad Episcopum in cuius Diocesi sit caput eorum, cui nempe aliud est unitum, num. 31. L. cum in diuersis, 44. ff. de Religios. & sumpt. funer. ponderatur, num. 32. Locus, ubi caput occisi reperitur, attenditur ad cognitionem delicti, n. 33. cum sequentibus.

Curia iurisdictionis in prima instantia sublati est hodie per Trid. num. 9. In executione percipi etiam dicitur prima instantia Ordinarij, num. 10. Ratione contractus quando, & in quibus casibus fortitur quis forum, & de tota absoluta materia remissus, num. 11. Forum alienum qui fortitur ratione delicti, & iudex loci, ubi perpetratur, est competens in prima instantia, num. 12. Senatus non remittit causam delinquentis alibi suo Ordinario cum non percipiatur Tridentin. dispensatio, nec eius prima instantia, ibidem. Ratione rei sita fortitur quis forum, n. 13. Clericus Conventus ratione beneficij residentiam non requirentis apud Iudicem loci beneficij fortitur forum, num. 14. Clericus domicilium habere dicitur in loco beneficij residentiam requirentis, num. 15. Ratione rei sita quis fortitur forum, si ibi reperitur, num. 16. In omni foro prater forum domicilij requiritur praesentia rei, num. 17. Forum ratione rei sita non est fortitur foro contractus, ibidem. Absens à loco rei sitae citatus ad litteras requisitorias non comparet pariter primum Decretum, ex quo actor mittitur in possessionem rei sitae, num. 18. Curator potest dari absentem per iudicem rei sitae ad effectum discernendi primum Decretum, n. 19. Non ad diffinitivum pronuntiandum super iure principali absentis, num. 20. Ad iudicem ratione rei sitae spectat curatorem dare liti coram se nota minori, sive iure, &c. n. 21. Curatorem liti dat iudex laicus Clerico minori litiganti coram se, num. 22. Et de conuerso iudex Ecclesiasticus dat curatorem liti minori laico coram se litiganti, ibid. Iudex, cui conditionaliter datur iurisdictionis, nullatenus procedit ante conditionis implementum, n. 23. Curatorem absentem dare potest iudex, qui ad causam habet iurisdictionem, num. 24. Absenti non subdito non potest dari curator à iudice rei sitae ibi non repperito, num. 25. Domini temporales ibi conueniuntur etiam absentes ubi suum habent statum, & caput maioratus, quia eius distinctus domicilium sunt, n. 26. Bona maioratus est in diuersis Regnis sita si maioratus peratur iudex est competens, ubi caput sit maioratus, num. 27. & seqq. Hereditatis bona si sint iudicis territorij, cognitio pertinet ad iudicem districti, quo maior est bonorum pars, num. 28. Bona existentia in diuersis Regnis, unita tamen ad unum corpus quoad iurisdictionem, attenditur Regnum ubi caput est, etsi maior pars bonorum in alio sit, num. 29. Si maioratus non habet caput, cui bona adhaereant, attenditur districtus eius Chancellerie, seu Regni, quo maior bonorum pars sita sit, n. 30. Vniuersi duobus beneficiis existentibus in diuersis Regnis, collatio vniuersae pertinet ad Episcopum in cuius Diocesi sit caput eorum, cui nempe aliud est unitum, num. 31. L. cum in diuersis, 44. ff. de Religios. & sumpt. funer. ponderatur, num. 32. Locus, ubi caput occisi reperitur, attenditur ad cognitionem delicti, n. 33. cum sequentibus.

S. TERTIVS.

SVMMARIVM.

Concil. Trid. in cap. causa omnes non sulsit legitimos modos, ex quibus de iure Canonico ab Ordinario receditur in prima instantia, num. 1. Ratione contractus fortitur quis forum, quia iudex loci contractus dicitur competens, n. 2. Forum, quando fortitur quis ratione contractus, & quando ad locum contractus sienda sit remissio, vel requiratur, ut ibidem obligatus reperitur, & de aliis remissus, num. 3. Obligatus in Romana Curia ibidem regulariter conuenitur vndique oriundus, num. 4. Declaratio S. Congregat. adducitur, qua deciditur ratione contractus fortitur quem forum alienum, etiam in prima instantia, non obstante Trid. num. 5. Auditorem Camera posse auocare causas ex obligatione in forma Camera pendentes in partibus coram Ordinarijs etiam in prima instantia ex Flores de Mena dixerunt aliqui, n. 6. Declara, ut num. 7. In Hispania tamen, ubi Concilium Trident. in videri est obseruatum, eius opinio non seruatur, sed quotidie in hoc Supremo Senatu reprobat, num. 8. Auditori Camera, & aliorum iudicum Romana



X conclusionis superius firmata hoc cap. 5. a n. 8. vers. Plures tamen alij, quia diximus; Decretum Concilij in dicto cap. 20. non sustulisse casus, quibus de iure quis fortitur alienum forum etiam in prima instantia deducitur, ut ratione contractus celebrati per iudex loci contractus dicitur competens, l. haeres absent. §. 1. & ibi late Petrus Barbosa, ff. de iudic. c. Romana. §. contrabentes de foro compet. in 6. cap. licet de foro compet. Gutierrez de iuram. confirmat. part. 3. c. 16. Ceuallos questionum commun. 354. Riccius v. 3. decis. 296. Nouatius in prax. elect. & variation. for. q. 28. f. 2. in prima impressione Neapol. Riccius in terminis Concilij, p. 4. decis. 473. circa fin. apud quos poteris videre, quando ratione contractus fortitur quis forum; & quod non debeat fieri remissio ad forum contractus, nisi vel expresse proprio foro renuntietur; vel ibi reperitur obligatus; vide exacte, & acute per Parladorium lib. 2. verum quotidiu c. fin. 2. p. §. 1. a n. 2. cum seqq. & abunde Nos infra cap. 27. per tot. Propter vigorem obligationis Cameralis si quis in Romana Curia obligetur, vndique veniat & sit oriundus, fortitur per forum Curiae Romanae, in qua contractus celebratus fuit, Gallesius de obligatione in forma Camera ad 3. p. obligat. q. 2. n. 2. Barbosa in Pastoral. alleg. 81. n. 15. Nouatius in noui iuris Pontificij practica. conclus. 6. de causis prime instantiae, concl. 1. alias 54. n. 9. §. 8. & decisum fuisse à Sancta Congregatione, firmat Franciscus Led in Theatro fori Ecclesiast. cap. 1. num. 75. & Nos in tract. de Regia protect. 2. part. cap. 17. num. 6. & licet nullo Doctore citato, idem dicit Barbosa in l. 59. gloss. 1. n. 238. qui tamen ad litteram per adducit dictam declarationem, quae ita ait: *Ad Decretum, cap. 20. f. 24. sustulerit modos legitimos, quibus aliquis ex iure communis dispositione, praesertim ratione celebrati contractus forum fortitur? Congregatio censuit, non sustulisse, quod tamen intelligendum erit tunc procedere praefatam doctrinam, quando reus contractus reperitur in loco contractus, quo casu de iure communi non aliàs dicitur esse legitimum modum fortitendi forum alienum ratione contractus, diximus & valide probauimus in dicto cap. 27. per totum.* Nam cum Concilium Trident. nihil in foro sortiendo inuenerit ius commune; sed imò ad illud se referat, & idipsum quod ius commune disponat, approbet, & confirmet; sequitur ut id quod de iure communi reperitur dispositum & declaratum, idem repetendum & intelligendum in hoc Decreto Conciliati, quia lex noua idem disponens quod ius commune, vel ad id se referens recipit omnes limitationes, ampliationes, & declarationes, quas ius commune recipiebat in eodem puncto, & materia. Plura iura refert Schradetius in cons. 12. n. 68. plures Doctores per Alderatum Mascard. de statutorum interpretat. concl. 2. n. 71. latius Gallinus de tract. de verbor. significat. lib. 10. cap. 32. n. 39. & 40. quos Doctores adde alios quamplurimos ad idem laudatis per Nos in commentarijs de Regia protect. 1. part. cap. 1. praecludo §. a num. 227. Sed an Auditor Camera causas obligatione Camerali firmatas per hoc est quando in partibus, & extra Curiam quis se obligat; Romae conueniri posse valet quoate, licet pendeat

coram locorum Ordinarijs; Affirmat Diaz de Mena variar. quest. lib. 1. q. 12. num. 48. Lancelotus de attentatis lre pendens. limit. 15. num. 5. Gratian. discipulus forens. cap. 118. in fin. & Riccius in prax. resol. 342. part. 2. Barbosa, & Nouatius ubi supra citati, Narbona etiam (licet neminem ad id allegat.) Sed isti Doctores loquuntur de facultate Auditoris Camera; & quae ante Concilium Trident. sic licite & libere procedebat; hodie vero, eo stante, omnis facultas Auditoris Camerae, & aliorum quorumcumque prima detrahens Ordinariorum instantia sublatam esse penitus, & expresse abrogata per dictam c. cause omnes, vel latius annotauimus in d. cap. 5. a n. 18. & seqq. vers. Quare nulli superiores, hac 2. part. & probant insuper ij omnes DD. & alij plures ibidem citati; qui in iudicio affirmant hodie sublatam esse facultatem Auditoris Camerae quoad omnes auocationes in prima instantia. Quapropter in Hispania (ubi Concilium Trid. in inuolabiliter obseruatur) Senatus reprobatur quotidiè opinionem Flores de Mena (à quo ceteri principium, & fundamentum sumptum) nec perimitit vasillos horum Regnorum cum tanta factura cogi extra Regna & Prouincias litigare in prima instantia, ut ex Minchaca diximus supra hac 2. p. cap. 3. a num. 26. vers. Ex hac etiam praxi, & per totum, capi deduximus; sed reuera innocenter patitur, atque irrationabiliter ipse Flores de Mena quotidiè capitur per cum ibidem generaliter loquutus fuisse de facultate Auditoris Camerae, & ptoxt vigebar tempore permissio; non tamen eandem admittit etiam post Concilij Trid. nouam dispositionem; imò potius ex eodem Trid. expresse contrarium firmavit pract. lib. 1. c. 12. n. 8. nempe hodie sublatam esse omnino facultatem Auditoris Camerae quoad cognitionem, & executionem in prima instantia, prout ex ipso Flores de Mena, & alijs pluribus Doctores citadimus in d. cap. 3. a num. 20. & 21. vers. Quod ampliat, ubi hodie ex Concilio Trid. sublatam esse facultatem, & iurisdictionem Auditoris Camerae, & aliorum omnium iudicum Romanae Curiae in prima instantia plurimis comprobauimus, quod inuolabiliter praestatur communiter in hoc Supremo Senatu. Quae doctrina procedit absolute siue in via Ordinaria, si tunc in executione, tum quia cum Doctores haecenus laudati (etiam remissus) loquentes de extinctione facultatis Auditoris Camerae ex Tridentino, de necessitate supponunt loqui in via executionis, cum dicta facultas non extendatur ad aliud cognoscendum genus ultra executionem gratiarum, Breuium, & obligationum Cameralium. Tum etiam, quia indubitabile est, Concil. Trident. procedere in omnibus viis executiuis, prout necesse probauimus infra hac 2. part. cap. 10. a num. 12. cum multis seqq. & signanter circa hanc considerationem bene roboratam, ibidem a num. 52. De quibus omnibus, & de tota absoluta materia per huius §. abundè videbis hac 2. part. cap. 27. per totum, variae doctrinae adducitur, & mirabiles difficultates absoluantur, videndae omnino. Et eodem modo, ratione delicti quis fortitur forum alienum per in loco ubi delictum commissum

fuit, & coram eodem iudice, licet non sit suus Ordinarius in prima instantia, cap. postulat, de foro competenti, l. 1. c. ubi de hereditate agi oportet. Caudex decif. Lusitana, 26. par. 1. late Farinacius in praxi crimin. quest. 7. Riccius decif. 123. Nouarius de electione fori, sect. 2. quest. 2. & in his terminis Concilij Trident. ipse Nouarius in dicta conclus. 1. à num. 10. & 11. quod verissimum est, & practicatur. In finitios alios Doctores congregatos infra hac 2. par. cap. 27. per totum, & in specie, vers. Tamen hac vera resolut. à num. 5.

Quapropter Senatus non remittit causam delinquentis alibi suo Ordinario, cum forus ab alieno iudice iure permittente fuerit quaesitus, & cognitio in prima instantia, ex quo percussa non dicitur Ordinarij, sicuti de foro sortio in loco contractus dictum est.

Item etiam ratione rei sitae sortitur quis forum alienum, & actione reali Conuentus, ex l. fin. c. ubi in rem action. cap. fin. de for. compet. quae iura plures exoriant Doctores laudati ab Antonino de Amato variarum resolut. lib. 1. resolut. 33. à num. 17.

Quae regula non solum procedit in prophanis, & sed etiam in spiritualibus; nam si Clericus conueniatur ratione Beneficij residentiam non requiritis, poterit apud iudicem loci, vbi sit beneficium conueniri. Matian. Socinus in cap. sane, num. 3. vers. Prima declaratio, de for. compet. Felinus in cap. consequens, et 2. num. 9. de rescriptis. Carleuall. in tract. de iudicijs, lib. 1. tit. 1. §. 3. de foro rei sitae, num. 145. vbi post alios Doctores dicit, & quod quando beneficium requirit residentiam, dicitur ibidem Clericum habere domicilium, ex quo semper ibidem conuenitur, & forum sortitur.

Haec tamen doctrina non simpliciter procedit; & sed demum si in loco rei sitae reperitur reus, iuxta Pauli de Castro doctrinam in dicta l. fin. num. 2. Cephalus conf. 263. num. 9. late probat Doctor Ioannes de Balboa (primatice Cathedralis in Vniuersitate Salmantina Praeceptor) in cap. sane, à num. 15. cum seqq. de foro competenti, vbi plures allegat late etiam Petrus Surdus in conf. 168. à num. 11. & 8. & 54. & ex Paulo de Castro, & Socin. in dict. cap. sane, num. 12. Franchis decif. 37. num. 2. & 3. Petrus Barbosa in l. heres absens, §. proinde in art. de foro rei sitae, n. 15. & 16. tenet & late prosecquitur Carleual. vbi supra à n. 149. dicentes, regulare esse, & vt in omni foro praeter forum domicilij requiratur praesentia rei, ad hoc, vt ibi possit conueniri, & quod hic forus non est fortior foro contractus.

Possit tamen citari absentem per litteras requisitorias, & confitio de citatione, si non compareat defensor; actor mittetur in possessionem rei sitae ex primo decreto, quam doctrinam alitius comprobant Doctores supra citati, & praxim scribit Carleuall. dict. quest. 3. à n. 150. post Marianum, Petrum Barbosam, Molinum, Paulum de Castro, & Panormitanum, alios etiam ultra hos laudat Antoninus Amato var. resolut. lib. 1. cap. 33. à n. 27. licet ipse de contraria praxi Regni Siciliae testatur, vt citatio haec ad litteras requisitorias non sit in praxi Regni.

Sed an absentem dari possit curator à iudice rei sitae; & latissime differit Amato, vbi proximè à num. 26. cum multis seqq. vbi affirmatiuè respondit, qui licet confusè & indistinctè loqua-

tur, quo sine sit dandus; illum, & Doctores citatos ab eo omnino intellige; vt procedant ad finem praedictum, mittendi nempe actorem in possessionem rei sitae ex primo decreto, non amplius.

Quod si ipse intelligit quoad decisionem causae, & diffinitiuè pronuntiandum super iure principali absentis, non admittat, nec Doctores ab eo citari, nempe Mandel. conf. 208. n. 7. Decianus conf. 118. num. 4. & 20. lib. 3. Burlatus conf. 397. num. 7. Sesse decif. 129. n. 10. vol. 2. Milanensis decif. 11. n. 15. lib. 1. ipsi namque Doctores generaliter loquuntur, & ad iudicem rei sitae spectate Curatorem liti dare, quod verificatur in praesente, & litigante, nempe, minore, furioso, aut mente capto, & similibus, proxi dicimus de iudice laico, qui dat Curatorem Clerico minori coram se litiganti, & è conuerso de iudice Ecclesiastico dante curatorem laico minori seculari coram eo litiganti, iuxta infinitos Doctores ab Amato citatos, dicta resolut. 32. num. 21. & 22. quibus quidem in casibus verificari potest doctrina praefatorum Doctorum, & non dumtaxat in curatore absentem dando in loco rei sitae ad proseguendam litem, provt intellexit Amato.

Deinde quoniam si absentem à loco rei sitae ante citationem & per litteras requisitorias dari curatori liti non ceptè permitteretur; sequeretur inde absurdum maximum, quod iudex procedere possit absque iurisdictione, quam aliter non adquiret in non subditum, nisi ibi reperitur possessor rei sitae, cum super hac qualitate, & conditione simultanea fundetur, quam exercere non potest ante huiusmodi conditionis existentiam, ita vt aliter nulliter procedat ex iurisdictionis defectu, provt abundè probauimus hac 2. par. cap. 27. à num. 24. cum multis seqq. vers. Fulcitur insuper hac pars, &c.

Et confirmatur, quia si solus potest dare absentem curatorem, & qui iudex sit competens habens iurisdictionem in causa, vt agnoscit idem Amato, dict. resolut. 33. n. 4. & n. 25. ad quod plures allegat Doctores; ergo absentem iudex rei sitae curatorem dare nequit ultra casum permillum, nempe ad effectum procedendi ad missionem ex primo decreto dumtaxat, vt superius diximus, ceterum ad determinandum diffinitiuè cum careat iurisdictione, carere debet potestate dandi curatorem absentem, absente ibi non reperito in loco rei sitae, ex communi Doctorum superius adducta; num. 16. & seqq.

Et quod absentem non subdito nequeat dari curator à iudice rei sitae in actione Reali, & hypothecaria, ex eo quod licet ratione rei sitae sortiat forum quis alienus, tamen cum ex hoc solo non efficiatur subditus, sed ibidè reperiri requiratur, late firmat Petr. Surd. dict. conf. 168. n. 11. 18. & 33. & per totum Concilium; idcoq; ad effectum discernendi primum decretum citatione executam, poterit iudex rei sitae curatorem dare, non aliam ad procedendum in causa principali, quia ultra sua potestas in absentem non extrahitur, ex sursum dictis.

Quam resolutionem limitandam arbitror in Dominis temporalibus, puta, & Marchionibus, Ducibus, & Comitibus, qui etiam absentes actione Reali conueniuntur in districtu, quo habent caput Comitatus, aut maioratus, suumque statum, domum principalem, & fortalitium, quorum ratione domicilij sunt indubiè, vti communitè practica

practicatur; provt de Clerico conuento ratione beneficij non requiritis residentiam, superius diximus; imò potius assimilantur isti Domini Clericis habentibus beneficia residentiam requiritis, in illis habere domicilium censetur, de quo supra à num. 14.

Sed quid dicendum in maioratus, aut status bonis vincularis, & quando sunt in diuersis Regnis, aut districtibus, & maioratus, seu status ipse petatur & contouertatur, quisnam iudex competens dicetur. Et obiter affirmandum est, attendendum esse districtum, & iurisdictionem eius Regni, aut Prouinciae qua caput est maioratus, & status contouertit; ita firmat Acaius Anton. de Ripol. vers. resolut. cap. 1. de iurisdictione omnium iudicum, n. 465. in hac: Quaesitum fuit, an si disputandum sit de successione alicuius hereditatis, quae consistit in diuersis bonis, sitis in diuersis territorijs, & iurisdictionibus;

28 vbi iudicium sit tractandum? Respondi: quod in loco vbi maior pars bonorum existit, ex l. si fideicommissum, in princ. & ibi communiter scribentes, ff. de iudicijs, l. qui tra. §. fin. ff. ad Trebellian. l. 1. in princip. C. vbi de heredit. agi oportet, Tiraquel. de retract. Lingier, §. 36. gloss. 3. n. 6. Anna conf. 4. num. 5. Hoc autem intelligendum est in hereditate Ordinaria, & quae alicui Ordinario homini competit; nam si hereditas, quae consistit in corporibus hereditarijs sita est, & separata in diuersis locis, & vnita est quoad aliquod corpus, veluti si diuersa loca, seu villa militent sub aliquo titulo, veluti Comitatu, Marchionatu, seu Ducatu, licet maior numerus bonorum sit in vno loco, seu Regno; causa erit tractanda in illo Regno, vbi caput Ducatus, seu Marchionatus existit, l. 3. in principio, ff. de acquirenda possessione, referet Tiraquellus dict. §. 36. gloss. 3. num. 4. & 5. & hisce retro elapsis annis experientia comprobatum fuit; nam licet Baronia de Martorell. Molin. de Rey, & locorum adiacentium sita sit in praesentem Cataloniae Principatum, tamen quia caput maioratus erat in Regno Castellae, ibi fuit his contestata, & decisa, &c. Item etiam in hoc Supremo Concilio Regio Castellae his temporibus fuit contouersum, & sic decisum & determinatum semel, & iterum in duabus causis, inter Marchionem de Orani, & Ducem de Pastraña super certo statu, cuius caput erat in Regno Sardiniae, & alia inter Ducem de Gesa, & Marchionem de Poça, ad quod multa in proposito in terminis omnino similibus cauiulat Mieres de maiorat. l. 1. p. g. 58. à num. 236. cum sequent.

Molina de primog. lib. 3. cap. 13. num. 73. & 74. Quibus locis in his terminis exactè disputantes, resoluunt, quod caput maioratus attenditur ad fundandam iurisdictionem inter diuersos districtus, singularis etiam adest in proposito Rota decif. 239. num. 21. apud Farinacium tom. 1. in posthumis, & facit vulgare axioma, quod vnico iudicem idem est iudicium, & respectu vnusque Chanceliarum: idem post alios firmat Parladorius in sequiscentur. differret. 11. à n. 6. qui n. 7. inquit (& rectè) quod si maioratus non habet caput, & attenditur districtus, quo sit maior pars bonorum ipsius maioratus, quod & firmat antea Molina de primog. lib. 3. c. 13. à n. 73. cum seqq.

Et conuenit doctrina Hieronymi Gonzalez de alternatijs, glossa 5. §. 7. à n. 24. & Nicolai Garcia de benefic. 1. part. c. 2. à n. 47. cum multis

sequentib. Vbi de vnione facta de duobus beneficijs, quorum alterum sit in alio Regno, & Diocesi, vt is Episcopus vtrumque conferat, in casibus Diocesi sit caput eorum, cui alius beneficium vnicum est accessorie, vbi plures allegat, & alias similes doctrinas applicat; Conferunt etiam, quae à principio eiusdem cap. ipse dixit, quos omnes Doctores consule pro latiori emaculatione, & intelligentia huius articuli. Illud scimus, hanc resolutionem pluries obseruasse Senatam hunc Regium, & ita similes declinatorias, & iurisdictionis competentiam terminasse.

Non tamen omitam textum singularem in proposito nostrae resolutionis, & allegare ad hoc, quod locus vbi sit caput maioratus sit attendendus, licet cetera bona ei vnita, & incorporata in alia sint Prouincia, & iurisdictione diuersa, est text. in l. cum in diuersis, 44. ff. de Religios. & sumpt. funer. in hac: Cum in diuersis locis sepultum est, vterque quidem locus Religiosus non sit, quia vna sepultura plura sepulchra efficiere non potest, vbi autem videtur illum Religiosum esse, vbi, quod est principale, conditum est, id est caput; ex quo text. plures inferunt Doctores ad occupum in cōsibus duarum iurisdictionum, & territoriorum pertinentiam ad duos Dominos, illum conuincere debere, & in cuius iurisdictione, & territorio caput occisi est inuentum, Borcholten. in cap. vnico, n. 26. quaesit Regalia, Boetius in disputat. de finibus Regandis, in corollario, Zalusius in 5. part. feudat. Matheilanus singul. 75. n. 4. A finius in dict. l. cum in diuersis, Medicus de sepulchris q. 19. n. 2. & 3. part. 1. Forcatolus Dialogo 1. num. 35. Calaneus in Cathalogo gloria mundi, part. 12. considerat. 46. Sebastianus Neuius in systema, selectiorum iuris, ff. lib. 12. tit. 7. de Religios. & sumpt. funer. ad remiss. eiusdem, l. cum in diuersis, 44. tom. 1. quae omnia mirabiliter conueniunt praefatae resolutioni, cum bona maioratus sint vincula vnita, & incorporata inter se, & habentur ad ea, vt cui vnentur, provt caput & membra, quae ab illo discedere nequeunt, sed vt accessoria sequi, cap. cum non licet, 12. de prescript. Molina de Hispanor. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 17. Nicol. Loise de iure vniuersitatis, part. 3. cap. 15. num. 7. Roman. singul. 500. de de capite naturali, corpore humanum, & ad mysticum procedit argumentum; cap. ita Dominus, 19. distinet. Ioannes de Lignano in tract. de censur. Ecclesiast. §. 4. Hieronym. de Allan. de potestate Papa part. 2. num. 176. Cardinal. Iacobatus de Concilio, lib. 9. artic. 2. num. 62. cap. ecce autem, 24. quest. 3.

Hinc sit quod in rebus integralibus & vnitis possessio apprehensa in capite, & puta fortalitio, Palatio, domo, Villa, & similibus, quod plures alias res diuersas sub se contineat annexas: ad eas trahitur praedicta possessio tanquam ad membra, & pertinentias principalis capitis, Peregrinus de fideicommiss. artic. 48. à num. 75. Menochius consil. 1279. num. 67. & 66. Rota Lucenf. decif. 126. Alexander Ludouic. decif. 237. num. 3. Iacobus Caualerius decif. 629. num. 10. & decif. 641. num. 9. & 10. Pontan. de spolio lib. 2. cap. 14. num. 21. Tufchus littera P. conclus. 422. num. 5. & seqq. Gratianus disceptationib. forens. cap. 126. num. 22. & cap. 425. num. 19. & seqq. & cap. 910. num. 3. Guoiagn. conf. 8. num. 118. 129. & 181. lib. 1. Barz. decif. 47. num. 18. & seqq. late prosecquitur Ludouic. Polit. in tract. de mansuetion. obseruat. 73. à num. 67. & à num. 77.

§ segg. Rota in vna Calaguritana pensionis post eius tractatum 188. num. 6. & in alia Romana bonorum, post eius tract. decis. 16. num. 6.

S. QVARTVS.

An per remissionem causæ per Ordinarium voluntariè factam ad Superiorem in prima instantia, cesset Trident. & inde Regalis protectio?

SVMMARIVM.

- Per remissionem causæ per Ordinarium factam ad Superiorem in prima instantia coram se pendente, an cesset Trid. dispositio, & Senatus protectio, num. 1. & segg.
Per remissionem causæ factam à Superiore ita efficaciter ad hunc deuoluitur iurisdictio, ut omnia gesta per inferiorem corruant ipso iure, n. 2.
Consilium Regis postquam super negotio consuluit, expectare tenetur responsum Regis, ibidem.
Concilium Tridentinum non sustulit modos legitimis, quibus de iure communi ab Ordinario licite recedere quis poterat, num. 3.
Concilium in cap. causæ omnes, preseruans primam cognitionem Ordinariis supponit potentiam, habilitatem & iurisditionem eorum, num. 4.
Concessio facta nomini, & contemplatione nominis, puta Imperatori, heredi, &c. restringitur ad nomen, & eo deficiente, deficit & extinguitur, num. 5.
Dispositio omnis recipit restitutionem ad significationem, & comprehensionem adiuncti, n. 6.
Statutum permittens obligationem filio familias artificis intelligitur si obligetur inuitu artis, n. 7.
Depositario factum legatum liberationis intelligitur debito orto ex deposito, num. 8.
Liberatio legata tutori restringitur ad causam tutelæ, num. 9.
Statutum disponens adhibendam esse fidem libris mercatoris, restringitur ad negotia tangentia mercaturam, num. 10.
Ordinarius non potest à se abdicare iurisditionem in prima instantia parte reclamante, n. 11.
In recessu ab Ordinario in prima instantia illius & partis debet concurrere consensus, num. 12.
Ordinarius non potest solo verbo, & sua sponte à se abdicare iurisditionem, vti Iudex necessarius, quam precisè tenetur subsidiis ministrare, n. 13. & 14.
Ordinarius, quando vti Delegatus (missione carente) processit, non sustinetur alia ex qualitate Ordinarij, qua vti talis poterat cognoscere, num. 15.
Ordinarius nequit à se abdicare iurisditionem Ordinariam, num. 16.
Ordinarius non potest subicere Clericum subditum inuitu & remittentem alteri Iudici, n. 17.
Ordinarius voluntariè remittens causam ad Superiorem in prima instantia, nec amittit iurisditionem, nec ad Superiorem fuit deuoluta, n. 18. & 19.
Quando ius transfertur in alium, si huic non adquiratur iuris prohibitiōe remanet penes transferentem, num. 20.
Quo procedit generaliter in qualibet materia, num. 21.

- Parti granata per remissionem voluntariè factam ab Ordinario causa in prima instantia, licetè vti recursum ad Regem, vti iterum remittatur Ordinario, num. 22.
Iudex quilibet, qui à se abdicauit iurisditionem accedente contraditione partis laicæ, illam potest reassumere, num. 23.
Remissio causæ ad Superiorem tunc illicita erit in prima instantia; quando Ordinarius sua sponte & sine iusta causa nemine ritè instante, illam fecerit, num. 24.
Ordinarius allegatus suspectus, & confitens causam oppositam licetè facit remissionem ad Superiorem, num. 25.
Cessante tamen fraude, & collusionē, num. 26.
Remissio ad Superiorem in prima instantia voluntariè facta per Ordinarium; non est legitimus modus recedendi ab eo, imò contra iuris resistentiā facta dicitur, num. 27.
Per recusationem, & appellationem in casibus à iure permittis legitime ab Ordinario receditur in prima instantia, non sic in prohibitis, n. 28.
Habilitas & potestas supposita in Ordinario per Tridentinum, preseruans illi primam cognitionem; verificatur in Ordinario voluntariè se exonerante ab ea, num. 29.
Recusatio, & appellatio, si non legitime proponantur, non operantur effectum iurisditionis abdicatiuum, nec suspensiuum, num. 30.
Remissio causæ in prima instantia legitime facta per Ordinarium ad Superiorem operatur effectum iurisditionis abdicatiuum, num. 31.



PERVOTVS de hoc dubio per petitos sui consultants, quid & factum libenter hic per disputationem, proferam, in quo negatiua pars (vt eo ipso quod Iudex Ordinarius remittit causam coram se pendente ad Superiorem; cesset dispositio Concilij Tridentini, in sepe repetito, cap. causa omnes 20. sess. 24. de reformat. Et per consequens etiam cessare debere Regis protectionem, ita vt etiam pars conqueratur in Senatu de violentia, audienda non sit, nec remissio ad Ordinarium concedenda) ex eo potissimum probatur.

Nam sicut legitima appellatio, & recusatio abdicant ab Ordinario iurisditionem, eundem effectum operatur remissio causæ ad Superiorem, ad quem aded efficaciter deuoluitur iurisdictio, vt nullatenus inferior amplius in causa procedere, & se intromittere valeat, quod si fecerit, acta & processus viti nullitatis, & attentati subiciuntur, text. est in cap. licet de officio Legati, l. ad Principem, & l. ad Imperatorem, ff. de appellat. vbi Glossæ & Doctores, Felinus in cap. cum Bartoldus, num. 16. & ibi Abb. de re iudicat. singularis Rota decis. 13. de officio Delegati, in nouis per Bisignetam, & ibidem additio Papazon, num. 4. nonnullos congerit Augustinus Barbofa in dict. cap. licet, num. 2. vbi per illum text. notat quod Legatus à latere, ex quo causam ad Superiorem remittit, definit esse Iudex illius, vt per Dani. Venator. in Anapysi methodica inuis Pontificij, lib. 1. tit. 30. Axiomat. 2. Petr. Barbof. in l. cum qui temere, §. fin. num. fin. ff. de Iudicijs, Sanch. de matrimonio, lib. 8. disp. 14. num. 8. & iterum Idem Augustin. Barbof. in tractatu de iure Ecclesiastic. lib. 1. cap. 5. n. 83. quibus adde Meuoichium de arbitrar. lib. 2.

casu

casu 202. num. 78. Lancelotum Robert, de attentatis 2. part. cap. 20. de inhibitione, ampliat. 21. per totam, Erafin. à Cochier de iurisditione in excerptis tom. 2. part. 2. quæst. 49. per totam, Thomam Sanchez de matrimon. lib. 8. disp. 14. n. 8. Petrum Surdum conf. 424. num. 53. volumin. 3. post Mandof in tract. de inhibitione q. 37. num. 3. Lancelotum & alios.

Et huius doctrinæ (quæ in se verissima est, & indubitabilis) rectè conuenit quod grauissimo cuidam Senatori respondi consultus: in negotio nemp. quod Senatus Regis per se ipsum & absque Principis dependentia, & consultatione liberè poterat expedire, si insuper pro eius resolutione Regem consuluerit: amplius in eo se intromittere non poterit, sed tenetur supersedere, & expectare responsum Regis: motum tùm ex præfata doctrina, quasi videatur Senatus per hanc consultationem, & remissionem ad Regem proleatam, & facultatem suam in illo negotio à se abdicare, tùm etiam ex ponderatione celeberrimi, text. in cap. multum stupro. 2. quæst. 6. lib. 1: Expectandum tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem, dixit Romanus Pontifex: ad hoc idem ponderanda sunt alia iura citata sup. 11. part. cap. 5. à num. 25.

Ergo cum Ordinarius per remissionem ad Superiorem à se abdicauit iurisditionem in illa causa coram eo mota in prima instantia, & in ea non Iudex, sed vti priuatus remanserit; liberum erit partibus ab eo recedere ex dispositione Concilij Trid. quòd non sustulit legitimis modis, ex quibus de iure communi licetè alias recedi permittitur ab eo in prima instantia, prout ex declaratione Sanctæ Congregationis fufius probauimus sup. hoc cap. 5. §. 2. num. 8. Quæ etiam est ratio, quare ob recusationem Ordinarij, & appellationem legitimam in prima instantia permittitur alium Iudicem adire, de quibus in §. 1. & §. 2. auercedentibus.

Deinde quia Concilium Tridentinum dum diffinit, & quòd omnes causæ coram Ordinario in prima instantia cognoscantur, supponit per se cessè potentiam, habilitatem, & iurisditionem in Ordinario, & idem vti Iudici prima causam cognitionem præseruat, cum aliter sine iurisditione impossibile est de iure, posse illum cognoscere, nec aliter intelligi potest, ex l. 1. vbi Glossa, C. de Sacrosanctis Ecclesijs. Carolus de Grassis de exception. ad materiam statuti excluden. omnes exception. in prelat. num. 96. Armandar. in premio additio. ad Recopilat. legum Nauarro, num. 38. Marius Anton. variar. resolut. lib. 2. resol. 40. n. 5. Surdus conf. 10. n. 27. Quomiam Iudici tanquam Iudici si aliquid committitur, Iudice deficiente extinguitur commisso, ex Bartholi doctrina in l. si ita stipulatus, ff. de verborum obligat. Surdus decis. 59. num. 4.

Et quia concessio facta nomini, & contemplatione nominis, puta Imperatori, tutori, heredi, restringitur, & extinguitur extincto nomine, eoque deficiente, cessat concessio, plurima congerit exempla Petrus Surdus conf. 74. num. 7. cum sequentibus, & decis. 32. à num. 7. & decis. 39. per totam. Ergo Ordinarius præseruat primam instantiam, vti Iudici iurisditionem habenti, & valenti cognoscere; cessabit in causa, in qua extincta fuit hæc qualitas, & suppositio necessaria, eo quòd per remissionem à se abdicauit iurisditionem, & definit esse Iudex.

Fulcitur, quia omnis dispositio recipit restrictionem ad significationem, & comprehensionem adiuncti, l. si quis ex argentijs, §. rationem de edendo, vbi licet Argentarij libro creditur, intelligitur in his quæ tangunt eius officium, & negotiationem, non alijs; quam plurimos citat Surdus in conf. 151. à 87. & sequentibus, tom. 2. & in conf. 453. à num. 54. lib. 3. vbi post alios quòd quòd statutum permittens obligationem filio familias artificis intelligitur, quando se obligat ratione officij, & intuitu artis, idem Surdus in conf. 135. à 101. cum sequentibus, Baldus in l. 2. §. vltimo deliberatione legata. Vbi si testator legauit deliberationem & depositario, intelligitur de debito orto ex deposito; non aliunde, & est singularis text. in l. Aurelio in fine, deliberatione legata. Vbi liberatio legata tutori restringitur ad causam tutelæ, quem text. latè exornat Menoch. lib. 4. præsumptione 164. à num. 10. Petrus Surdus in conf. 112. à num. 96. cum sequentibus, & conf. 274. à num. 7. & decis. 32. à num. 7. & in conf. 218. à n. 2. & sequentibus, tom. 2. & decis. 17. à principio. Et idem Surdus post plures alios in conf. 453. à num. 54. lib. 3. vbi de statuto disponente, fidem adhibendam libris mercatoris, quòd restringitur ad negotia tangentia mercaturam, & non aliter, nec extra actum mercaturæ, Felin. in cap. ceterum, num. 8. in fine, de iudicijs, & in cap. post miserabilem, volum. 2. in fine, de probat. iurisdictio, Aretinus in conf. 33. incipit. consultatio præmissa, volum. 1. Romanus in conf. 215. in puncto proposito, volum. 1. & ibi addentes quam communem esse opinionem probat Roland. à Valle in conf. 922. num. 7. & sequentibus, volum. 7. Aluanus in conf. 95. num. 12. & in conf. 719. num. 7. Craveta de antiquitate tempor. part. 1. num. 267. versic. Rursus ralis, & num. 256. versic. Quòd intellige. Decius in cap. 2. num. 18. de fide instrumentor. & in cap. 1. numer. 30. de probation. Viuius in suis communib. opinionib. versic. Statum iubens libris, versic. Distingue statum, Decius qui multos aggregat in conf. 5. num. 14. & sequè ad fin. Mafcardus in tractatu de probationibus conclus. 575. vbi adit Menochium, Gail. & alios Felin. in cap. cum ordinem, volum. 3. versic. Limitata causa, de rescriptis; vbi accumulatur infinitas similes doctrinas, & post Aluan. in dicto conf. 577. num. 12. & eundem Aluan. in conf. 576. Iason. Hippolit. de Marfil. Roland. & alios, Marta de iurisditione 4. part. casu 84. per totum. Quòd licet priores alicuius artis habeant iurisditionem inter artifices, intelligitur tamen, circa res pertinentes ad illam artem, videndus Castellus controuersiarum, tom. 5. cap. 90. gignit cum Concilij Tridentini, dispositio præferat primam instantiam Ordinario vti Iudici, & iurisditionem habenti ad cognoscendum; restringi præcisè debet quando ipse eam habeat, & quando de causa potest cognoscere, non tamen quando iurisditione caret, & in causam se intromittere non potest, eo quòd à se totaliter eandem per remissionem abdicauit, & per consequens nec in isto casu eidem facienda erit per Senatum remissio, cessante Tridentini dispositione.

Quibus tamen, & alijs non obstantibus contrarium in casu proposito affirmandum est, & efficaciter tenendum, imò reclamante parte Ordinarii non posse sua sponte, & voluntariè à se abdicare iurisditionem tam de iure communi, quam etiam ex Concilio Tridentini. cuius dispositionem nullatenus cessare in nostro casu, nec remissionem

Senatum illius protectorem negare, clarè demonstrabimus.

Tam quoniam ad hoc ut possit ab Ordinario recedi, & superior tibi adiri in prima instantia; debet concurrere consensus tam partium, quam Ordinarij ipsius, ita ut cuiuslibet consensus solus non sufficiat, nec aliquid operetur, quominus illa, & intacta remaneat dispositio Concilii Tridentini, quod pluries declarasse Sanctam Congregationem Cardinalium, abundè deduximus in cap. 3. §. unico. supra hac part. 2. & alibi passim: ergo sola voluntas, & consensus Ordinarij non potest facere, quod esset Trident. dispositio, nec per consequens Senatus remissio ad eundem.

Tunc etiam de iure communi probatur: etenim Index tibi Ordinarius non potest, nec facultatem habet solo verbo à se abdicare iurisdictionem Ordinarium, quam de necessitate tanquam minister necessarius tenetur exercere, & ministrare subditis in suo districtu, text. est in l. legatus ff. de officio Proconsulis, ibi: Legatus Casarius, idest Praeses vel Corrector provinciae abdicando se non amittit imperium, plures ad idem (licet obiter) citavimus in tractatu de Regia protectione. 3. part. cap. 18. num. 41. Nam ex quo dicitur Ordinarium, censetur tibi Index necessarius, voluntarie abstinere se à causa cognitione non potest, ita scribentes omnes in cap. quoniam contra, de probationibus, Burfatius in cons. 199. num. 8. lib. 2. Bartolus in l. numerum, §. iudicandi, ff. de numeribus, & honoribus, Innocent. in cap. suscitata, de rescriptis, Decius cons. 113. num. 2. & 24. idem Decius in cap. intimasti, num. 5. de appellationibus, Felinus in cap. pastoralis, num. 5. post glossam in verb. Exonerare de Officio Delegati, Abb. Panormitanus in cap. ex literis, de officio Delegati, idem Felinus in cap. cum ex officio, de praescriptionibus, Acasius Anton. de Ripoll. variar. resolutione, cap. 2. de recusatione, à num. 7. cum seqq. ubi etiam articulum tractat.

Idem etiam tenet tibi Caldas Pereira de empione, & venditione, cap. 3. à num. 12. ibi: Hinc etiam resoluitur, verum esse quod scribit glossa singularis in cap. ex literis, de officio Delegati, asserens processum esse nullum, quem Ordinarius tanquam Delegatus agitavit, cum delegatus non esset, etiam ut Ordinarius potuisset procedere, quod Panormitan. ibidem censuit, causari ex defectu voluntis iudicantis, qui se adstrinxit ad delegatam iurisdictionem, Ordinarium repudians, ut dicto cap. ex parte Alienensis, & dict. cap. cum super. Nec urget quod Ordinarium non potest à se abdicare tibi iurisdictionem Ordinarium, ut in l. Legatus, ff. de officio Proconsulis; quoniam etiam hoc casu non abdicavit sed potius noluit procedere ut Index Ordinarius, quod potuit facere, ut in l. sed & si seruum, §. si cum lege sequenti, ff. de arbitris, ita respondit Ioannes de Lignano de censura Ecclesiastica, quem sequitur Felinus in c. cum ex officio, de praescriptionibus, &c.

Cui doctrina consonans est & alia, quam retulimus tibi sup. hoc cap. 5. num. 5. Quod Ordinarius non potest subdicere Clericum renitentem, & sic inuitum alteri Iudici ex Narbona, Pialesquo, & aliis per istos relatis.

Igitur cum Ordinarius de iure communi non possit sua sponte & voluntarie tibi à se abdicare iurisdictionem, & eius exercitium, nec cogni-

tione causae se exonerare, nec remittere alteri. Imò nouiori iure Tridentini, iuxta declarationes Cardinalium non possit ipse solus à se abdicare iurisdictionem causae in prima instantia, sed requiratur praesens, quod concurrat etiam voluntas, & consensus partium (in quorum simul uocem dispositio Tridentini in dict. cap. causa omnes, emanauit, prout abundè probauimus sup. hac 2. part. cap. 3. §. unico) sequitur quod nec in superiorem fuit per remissionem huiusmodi voluntariam translata iurisdictione, quae dumtaxat in prima instantia pertinet radicibus ad Ordinarium, iuxta ea quae copiosè dicta fuerunt in dict. cap. 3. per totum, & in dict. §. unico, ita ut alius omnibus sit verita, ut pluries in discursu huius 2. part. nec abito fuit euulsa, ut expressè probat text. in dict. l. Legatus ff. de officio Proconsulis, ibi: Abdicando se non amittit imperium.

Igitur si iurisdictionem remissam non amittit inferior Ordinarius tibi per huiusmodi abdicacionem informem & prohibitam, sequitur manifestè, quod nec in superiorem potuit transferri, iuxta text. in cap. fin. de prohibita fendi alienatione, per Lotharium, ibi: Fandum non ob hoc amittat, iuncto text. in cap. Imperiale, §. praeterea, de prohibita fendi alienatione, per Federicum, ibi: Transactio hoc spatio fandum amittit, & fandum ad dominum redat.

Hec namque conuertuntur, tibi quoniam quando ius translatum in alium, isti ex aliqua legis prohibitionem non queritur, remanet penes transferentem, l. cum quis, §. 1. ff. de saluacionibus, l. si quis vi, §. differentia, ff. de acquirenda possessio, text. capitalis in l. nec uisile, ff. ex quibus causis maiores, quem latius exornant Antonius Gomez in l. 45. Tauri, num. 54. Augustinus Barbosa de iure Ecclesiastico, lib. 1. cap. 39. §. 3. à num. 40. & seqq. & ita argumentantur Paulus Paris. in cons. 114. à num. 7. vol. 4. Flamin. Paris. de rescriptis, lib. 2. quaest. 9. num. 20. Nicol. Garcia de beneficiis, 11. part. cap. 4. num. 33. Quae quidem doctrina genericè in tibi quacumque materia procedere dicunt Doctores ipsi, & Paulus Castrensis in l. si ego, num. 7. ff. de negotiis gestis, ubi Bartolus num. 24. in fin. Aretin. num. 28. & 29. Lasson. num. 79. in l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de uerbis. obligationibus, Crema, singulari. 113. ubi copiosa additio. Corbulus de iure emptyeatico, tit. de causis prinat. ob reuocationem, num. 6. Caualecanus de usufructu mulieri relicto, num. 67. Mandez ad l. cum oporteat, num. 119. in fin. Cod. de bonis quae liberis, Castillo de usufructu, cap. 1. rub. 69. num. 4. Montier decis. 46. num. 7. Matius Giurba decis. 63. num. 4.

Quapropter pars, quae damnum tibi sentit ex hac inefficaci & iniqua contrarietate dispositionis Concilij Tridentini, remissione; poterit uti recursum ad Regem, ut causa iterum remittatur suo Ordinario, quemadmodum regulariter potest pars (in cuius damnum, & praedictum Index quilibet abdicat à se iurisdictionem minus rectè) licetè contradicere, & impugnare, cuius contradictione mediante iterum & ipse Index potest recuperare, & reassumere tibi iurisdictionem semel à se minus legitime abdicatam: prout copiosè probauimus in commentarijs de Regia protectione, 3. part. cap. 18. à n. 21. cum multis seqq. quo te remitto libenter, quae hic non repeto.

Hæc

Hæc tamen nostra resolutio tunc procedit, & locum habebit, tibi quando (prout semper supposuimus) ipse Index Ordinarius voluntarie sua sponte hanc remissionem fecerit, & se exonerauerit à causae cognitione coram eo propositae in prima instantia proprio motu & nemine ritè instante. At si suspicio à parte allegatur, & ea deducta Iudex illam tibi conuincatur esse veram, valebit talis confessio, Iudici respondere licet, quando pars ipsa recusans petit Iudicem declarare super veritate causae recusationis propositae, ex glossa fin. in cap. nouis de appellatione, nisi inter iudicem & partem opponentem causam suspensionis detegatur aliqua collatio, tibi quae coniecturis, seu probationibus pateat, ex iis quae congerit Menochius de praesumptis, lib. 5. praesumptio. 26. per totam, maxime num. 4. hanc limitationem, & declarationem ad nostram principalem resolutionem annotauit expressè Ripoll. variar. resolut. cap. 2. de recusatione, à num. 11. ex qua deducitur, quod mediante recusatione proposita, & probata per confessionem Iudicis Ordinarij, poterit legitime, & ex iuris dispositione causam remittere ad Superiorem in prima instantia per hanc cognoscendam ex Iutibus & Doctores adductis hoc cap. 5. §. 1. à princip.

Quibus sic suppositis non obstant in contrarium adducta, non primum de effectibus abdicatae iurisdictionis, quos omnes in argumento deductos pleno ore fatemur; negamus tamen, quod illam possit facere Ordinarius sua sponte, & iusta causa (quae aliàs de iure ab aliquo ex litigatoribus potest proponi) deficiente, & non accedente.

Nec obstat secundum, quod pariter fatemur, Concil. Trident. non fuisse illi legitimos modos tibi à iure aliàs inductos recedendi ab Ordinario in prima instantia: negamus tamen consequentiam, quod ista remissio voluntaria facta per Ordinarium sit modus legitimus, & approbatus à iure, cum imò tali remissioni & abdicacioni in prima instantia ius ipsum resistat, ut probat dict. l. Legatus, ff. de officio Proconsulis, & Doctorem communis obseruantiam in eius exortationem superius laudata, & amplexa.

Nec obstant exemplaria de appellatione, & recusatione, quia isti modi tibi regulariter sunt legitimi, & approbati à iure, per quos tollitur iurisdictione ab Ordinario, ut probauimus in §. 1. & §. 2. huius cap. 5. At remissioni voluntariae ex motu proprio Ordinarij factae resistit ius in radice, & sua origine, ita ut nullo modo habere possit statum aliquem operandi effectum suspensionum, quanto magis abdicacionum iurisdictionis ab Ordinario, se sponte exonerante à cognitione causae, imò potius eam non fiat legitimo modo, hoc est de consensu partium, nec adquisita fuit tibi iurisdictione Iudici superiori, nec per consequens abdicata fuit ab Ordinario, illa transferre volentes; sed apud eundem semper remansit, quo quidem verificatur in totum dispositio Concilij Tridentini supponentis habilitatem, & capacitatem in Ordinario ad cognoscendam de causa in prima instantia, sibi praeseruaata.

Veluti & de ipsa appellatione, & recusatione (à quibus tibi in argumento comparatio sumitur de effectu abdicacionis iurisdictionis ad remissionem huiusmodi) pariter dicendum erit, nam si ipsae proponantur in casu à iure prohibito, & non admissio, clarè patet, quod nec operabuntur

effectum abdicacionum ab Ordinario, nec cessabit Concilij dispositio, sicuti contingit in hac specie remissionis voluntariae in prima instantia (de qua loquimur) quae cum fiat in casu prohibito, similiter eidem denegatur effectus abdicacionis. Et hinc retorquetur argumentum, ut imò ab eo, & ab equiparatione horum casuum iis terminis retentis confirmationem summam nostrae resolutioni, ut secus sit quando in utriusque casibus legitime tibi permittitur fiat tam recusatario, quam remissio iuxta superius dicta, nam tunc utraque operabit abdicacionem ab inferiore Ordinario, deuoluens & transfundens iurisdictionem in Superiorem, & cessabit Tridentini dispositio, cum in Ordinario carente iurisdictione, vel aliter sublata verificari non potest. Ex quibus quidem solutionibus facile deduces, satisfactionem iuridicam alijs doctrinis ultimo loco consideratis pro contraria parte, quae omnes ad idem tendunt ad quod priores, quae pariter euincuntur, & eodem modo absoluantur.

CAPVT VI.

Protectio Sacri Concilij Tridentini à Rege penitus deneganda his in casibus ab eodem Concilio specialiter exceptis, ubi etiam quales isti sint. Praesertim circa formam subscriptionis propria manu Sanctissimi, & de eius speciali natura, & efficacia. Et an eius omisso commissio, & inde sequuta, cunctaque deriuatiua uiuet.

SVMMARIVM.

- Regula vniuersalis cap. causa omnes, nonnullis modis limitata in eodem reperitur, ex quibus licetè percutitur prima instantia Ordinarij, & cessat Regis protectio, num. 1.
- Licet si coram Ordinario non finiatur infra biennium, liberè potest pars Superiorem adire, qui auocat, & inhibet Ordinario, num. 2.
- Superior aditus ob negligentiam Ordinarij non terminantis causam infra biennium causam assumit eodem statu, non aliam incipit de nouo, n. 3.
- Instantiam iure Canonico perire non deducitur ex cap. causa omnes, num. 4.
- Professionis causam nullatenus intra biennium terminandam declarat S. Congregatio, n. 5.
- Commissio potest impetrari alteri ob negligentiam Ordinarij non terminantis infra biennium, dummodo antea de eius negligentia doceatur, n. 6.
- Si ob grauitatem causae, aut ob cauillationes, & subterfugia partium, non ex culpa Ordinarij sic dilata fuit ultra biennium, ab eo nequit causa auocari, ibidem.
- Declaratio Sancti Congregat. quod si per Iudicem non sterit, partes Superiorem adire nequeant in prima instantia, refertur, ibidem.
- Termini assignati ad causam terminandam cursum non officii Iudicis ulterius prosequenti, si ob subterfugia partium labatur, num. 7.
- A Iudice tamen erit probandum, non sua culpa lapsum termini commisisse, ibid.
- Negligentia Iudicis in lapsu biennij ut appareat, sentitur